


Fragment of Buridan's Questions on Aristotle's Rhetoric

Paris, BN 16408, 179r-182r.

Transcription: Bernadette Preben-Hansen (1991)

Corrected (1. correction), 24-2-2000, at the Bibliothèque Nationale on the basis of the manuscript. Watermarks in the text: f.180 & f.182.



Paris BN 16408, 179r.

Aliqua de rhetorica.

- <1> Utrum <rhetorica> sit scientia | 179r |
- <2> Utrum <rhetorica> sit alicuius generis determinati | 179r |
- <3> Utrum pauca sint iudicibus committenda | 180v |
- <4> Utrum negotium contionale sit principalius iudicali | 180v |
- <5> Utrum rhetorica et dialectica probant utramque partem contradictionis | 182r |

| P 206v | De primis tuis exercitiis scholasticis | continentur aliqua |
in primo sisterno huius uoluminis de existentia elementorum in mixto. Deinde
quaedam theologica scolastica | exercita Parisius in Sorbonna in disputationibus
capell... et aliis mod<is>. {...}

| In quinto aliqua de Rhetorica secundum Buridan et aliqua de
quaestionibus/conclusionibus de Placentia supra Posteriorum.

| 179r-190v deletae sunt; 179rn: | Lineantur in hoc sisterno quattuor folia et post alia
quattuor, quia imperfecta et impertinentia theologis inquisitionibus, ut patet clare.
| 182r nederst | Explicit hoc imperfectum.

| P 179r |

Incipiunt aliqua de rhetorica.

<R>hetorica est potentia iudicandi unumquodque contingens persuasibile.¹
Quod patet, nam hac differt a logica. Nam logica | seu dialectica, ut uerius
loquar, considerat et respiciat probabile uniuersaliter. Sed hac rhetorica respicit
tantum probabile | persuasibile et a nostra uoluntate operabile. Et confert ad
scientiam moralem, ut etiam dialectica ad cunctas scientias. | ¶ Et sermocinalis est,
quia dicitur rhetorica a 'retho' quod est sermo et 'icos' quod est scientia, quasi scientia
de sermone. ¶ Et ex eius etymologia | patet, quanta² sit necessaria,³ nam 'hominum
genus arte et ratione uiuit', quod non contingit sine locutione et isto, ut dicit Tullius ...
| nihil in humana uita debet inueniendi⁴ compensatione que est cum loquela qua
conseruatur amicitia cuius etiam ex hoc | ostenditur nobilitas, nam inter cetera in
hoc excedimus bruta. Et ideo nos consequitur ratione partis nobiliorum | qua a bruto

¹ AL 163.8-9: Est itaque rhetorica potentia circa unumquodque considerandi contingens persuasibile.

² quanta ?
³ necessaria ?
⁴ inueniendi ?

differimus. ¶ Ex eius diuisione in partes⁵ subiectiua⁶ commendari potest, nam quaedam est consiliatiua siue | deliberatiua qua futura pericula refugere possumus [futura pericula]. Alia disceptatiua siue iudicatiua qua conser | uatur iustitia. Alia exclamatiua qua aliquis uirtuosum sermonem scit⁷ componere uirtuosum, laudantem, | uitiosum, uituperantem. ¶ Unde diuiditur⁸ scientia moralis, sicut philosophia. Nam quaedam est scientia moralis principalis | que considerat de omni uirtute et docet modum bene uiuendi. Et habet tres partes, Ethicam que determinat uirtutes quas unusqui<s>que | debet in se habere,⁹ et haec ... libro Ethicorum. Alia respicit modum uiuendi patris familias et ... | Alia polit... Secunda uocatur iconomica. Alia politica. Alia est minus principalis tribuens isti modum considerandi de hiis | talibus. Et haec habet partes quaedam utitur sermone in sua proprietate. Alia, scilicet poetria, nititur fingere ... delectatur | ... est rhetorica. Et haec duo uocantur logicae morales. ¶ Sed est unum dubium quare¹⁰ haec scientiae plusquam | caetere speciali logica indiguerint causa¹¹ est. Aliae enim scientiae quae sunt speculatiuae sunt ipsius intellectus et non | affectus. Et quia logica seu dialectica sufficienter informat intellectum, ideo etc. Sed quia aut scientiae sunt etiam ipsius affectus in | diguerunt ea ratione rhetorica affectui debitum modum in exe..tione uirtutum tribuens.... ¶ Etiam quia in | scientiis speculatiuis nullus appetitus potest <esse> aut saltem de facto facit intellectum diuertere ab assensu alicuius conclusionis | scientiae aut concluso euidenti demonstratione, ut patet in singulis scientiis. Sed in moralibus bene potest esse peruersio | iudicii, ut iudex passionari potest amicitia alterius partis et peruerse iudicarum. Et ad haec ...modum | rhetorica data fuit. ¶ Sed si dubitatur, utrum est scientia uel prudentia uel ars uel quomodo se habeat inspice | diuisionem habituum habitam 6° Ethicorum, et distinctionem positam a Linconense primo Posteriorum, et aliam distinctionem quod | quaedam est rhetorica utens quae est per syllogismum rhetoricum, ut <in>strumentum, et est quaedam pars prudentiae. Alia est do | cens quae docet syllogismum rhetoricum ex suis principiis componere, et haec scientia proprissime potest dici, et hoc modo ex necessariis | et subiecto proprio propriis habet procedere non primo modo. His uisis et uiso quomodo aliquando his nominibus 'scientia' 'ars' 'prudentia' | ... utimur quandoque stricte et similibus quae de dialectica notant ... potest quaestio faciliter solui. ¶ Sed est dubium | quando dicitur quod est potentia, uidetur quod non sit scientia, quia Aristoteles dicit habitum et potentiam esse distincta principia respectu oppositionis. | Et hoc uerum est quando potentia sumitur proprie, sed quando large sumitur pro quocumque principio oppositionis productiuo. ¶ Unde sciendum quod | sumendo proprie potentia dicitur principium illud quod in productione effectus est quid indeterminatum ad utrumque oppositorum. Sed habitus est illud | principium quod determinat huius<modi> principium ad alterum oppositorum, ut habitus uirtuosus

5 partes ?

6 subiectiua ?

7 scit ?

8 diuiditur] + sermoni del. P

9 habere] alia del. P ?

10 quare ?

11 causa ? eam ?

ad uirtutem, uitiosus ad uitium habent | determinare uolentis potentiam ad horum utrumque de se ... habitus intellectual ... ad assensum partis determinatae | ipsius conditionis. ¶ Et si dicatur quod aliquando contingit medicum habentem habitum sa... inducendi, si uult inducere infirmitatem¹² | et ideo uidetur quod iste habitus potest in opposita dicunt aliqui quod hoc non est ex parte habitus sed malitio ipsius medici. Alii dicunt. ¶ Uel dicunt alii,¹³ quod actus sunt duplices <alii> exteriores, et forte ad istos habitus non determinat sufficienter quin | possint homines in oppositum. Alii <dicunt> interiores, qui sunt assensus conclusionum practicarum aut speculatiuarum per habitum scientiae | ... et quam ad istum assensum uel istam oppositionem ... habitus saltem ad assensus tales quibus anima habita | ... non potest contradicere. Et istud bene uerum est.

<2>

¶ Dubium est utrum <rhetorica> sit alicuius generis determinati.

Et uidetur quod sic, | nam politica est alicuius generis determinati, quoniam circa communitatem politicam. Ergo rhetorica uidetur eius pars, ut dicit Aristoteles in hoc libro, nam tractat | de moribus, quod uidetur esse politicum.

¶ Item. Dialectica est alicuius generis determinati, quoniam sic considerat argumentationem, quod non aliud, ergo etc. | P 179v | Ergo rhetorica, quia est quaedam eius species aut saltem assequitur hanc, ut uidetur dicere Aristoteles in littera.

¶ Item. Contrahit dialecticam accidentali determinatione, quoniam est | quaedam dialectica circa mores et est similiter circa materiam determinatam, quia sic est, si circa materiam moralem, quod non speculatiuam, ideo etc.

¶ Item. Ipsa est specialior physica, nam considerat de quibusdam mobilibus, quia de actibus humanis. Et physica est specialis circa genus | determinatum, ideo etc.

¶ Oppositum ponit Aristoteles in textu dicens quod est "assecutiua dialecticae nam utraque est de talibus quibusdam quae | nullius sunt determinatae scientiae".¹⁴

¶ Ad quaestionem dicendum.

Unde notandum est primo qualiter se habet ad dialecticam.

Unde notandum | quod dialectica potest sumi tripliciter:

Uno modo large, et hoc modo distinguitur contra scientiam demonstratiuam per hoc quod hoc scientia¹⁵ de | monstratiua ex necessariis generat scientiam. Illa uero ex probabilibus generat fidem et opinionem,¹⁶ et sic sub dialectica uidetur contineri rhetorica | ut species quaedam, nam ex probabilibus generat fidem.

12 infirmitatem ?

13 Alii dicunt uel dicunt alii

14 AL 159.3-5: Rethorica assecutiua dialectice est; ambe enim de talibus quibusdam sunt communiter quodammodo omnium est cognoscere et nullius scientie determinate

15 scientia ?

16 opinionem; oppinionem P

¶Alia modo potest sumi dialectica pro illa dialectica quae respicit | intellectum secundum se.

¶Tertio modo potest sumi dialectica quae respicit intellectum in quantum est diuertibilis a recto iudicio per appetitum.¹⁷ | Et haec est rethorica. Et haec tunc¹⁸ moralibus confert, quia in speculatiuis iudiciis intellectui non accidit haec passio. ¶Et | rhetorica se habet ad dialecticam hoc modo. Nam continetur sub primo membro. Unde secundum ueritatem diuisio debuisset esse bimembris | accipiens primum membrum pro diuiso. Et reliquitur pro diuidentibus et ... sit species rhetorica ipsius dialecticae. Consequens¹⁹ est cum affectiones | dialecticae contra quam distinguitur. Nam habet conuenientiam cum illa, et est imperfectior. Unde conueniunt in aliquibus in quibus perfectiori modo | se habet haec scilicet dialectica²⁰ quam rhetorica. Primo. Utraque considerat argumentationem fidem facientem, sed dialectica certo... | modo facit fidem, quia est circa certiore²¹ materiam. Nam circa materiam speculatiuam alia minus propter magnam uarietatem | actuum humanorum circa quos est.

¶Item. Quia dialectica est de perfectiori et ex perfectiori specie argumentationis procedit scilicet syllogismo et inductione. | Haec autem de enthimemate, quod est syllogismus imperfectus, et exemplo, quod est imperfecta inductione.

¶Item. Utraque de communibus sed haec simpliciter. Illa uero | tantum scientiis moralibus.

¶Item. Haec causat fidem de singulis. Illa uero persuasionem quae specialior est, quia respicit | intellectum in comperatione ad appetitum. ¶Et ideo apparet quomodo illam assequitur. ¶Qualiter autem se habet ad moralem patet in | ... quadam diuisione posita in principio, quoniam est pars scientiae moralis communiter dictae ...²² in principalem et minus principalem | sed et istud uolebat dicere Aristoteles quando dicebat <eam> esse partem politicae, idest moralis scientiae. Nam considerat de moribus | quod uidetur esse politicum, idest morale. Sed se habet ad principalem, ut subseruiens. ¶Sed qualiter se habet logica in se siue | dialectica. Potest enim considerari quoad triplicem materiam, scilicet propinquam, uidelicet syllogismum dialecticum siue argumentationem dialecticam, et isto | modo est scientia propria et specialis, uel quoad materiam remotam, scilicet subiectum et passiones et principia aliarum scientiarum specialium | circa quae negotiatur, et isto modo non est aliquomodo²³ propria, sed indifferenter respicit omnes scientias, uel quoad | materiam mediam, quae sunt maxime et dignitates quibus caetere scientiae utuntur, et isto modo, licet sit circa aliquid in se de | terminatum est communis²⁴ per applicationem. ¶Et conformiter potest dici de rhetorica suo modo non tamen

17 passionatiuis ?

18 tunc ?

19 communis ?

20 dialectica corr. ex rhetorica P

21 certiore

22 condidi ?

23 a^{oo} m^o

24 communis, consequens ?

6

similiter, quia rhetorica | non est communis simpliciter,²⁵ sed est moralis communis, et ad omnes morales subseruit indifferenter. ¶ Et tunc faciliter recedunt | rationes. Quando dicitur quod est pars politicae seu moralis, uerum est communis et illius est species, sed est communis respectu moralium principalium | et ita est communis secundum quid. Et ad alias duas patet inspecto quomodo ipsa est minus communis quam dialectica, et quomodo dialectica est communis et propria. | Et ad aliam patet quod ipsa pluribus subseruit quam phisica, quia aliis principalibus moralibus, ideo etc.

<1> ¶ Prima conclusio textualis. | Notanda est haec quod circa argumentationes rhetoricas uel humanas et de actibus humanis est scientia, nam circa illud | circa quod contingit recte agere et prae agere, quod habet causas et principia quibus est scibile est habenda aliqua ars nos | dirigens. Haec de se est clara. Argumentationes haec sunt huius<modi>, nam quilibet haec conatur, nam aliqui a casu hoc faciunt, | aliqui per consuetudinem, ut patet in Aristoteles littera.

<2> ¶ Secunda conclusio est, quia rhetorica uidetur esse circa rationes propositum concludentem | et circa orationes passionatiuas ostendit quod sint principaliter circa orationes propositioni²⁶ probantes et hoc nouem²⁷ rationibus. |

<1> Prima <ratio> est haec, et ponitur sub compendio, quia haec est principaliter ad propositum intentum finaliter, sed orationes passionatiuas sunt extra | propositum et magis remotae ab intentio principali, et haec declarat in textu.

<2> ¶ Secunda ratio est haec, illud est principaliter consideratum | in hac arte qua reguntur ciuitates bene ordinatae secundum legem, et non +illud sine quo leguntur+ et iudicia redduntur, et quod per leges | prohibetur. Istud clarum uidetur, quia alias in ciuitatibus non ualere rhetorica, sed rationes ad propositum sunt huius, et passiones | sunt illius, ideo etc.

<3> ¶ Item. Rhetorica non ordinatur ad iniustitiam, sed ad iustitiam. Sed peruertere iudicem ... <sermonibus> passionatiuis | est huiusmodi, ergo hoc non est principaliter considerandum, sed reliquum.

<4> ¶ Item. Ad illud non ordinatur rhetorica | P 180r |²⁸ quod debet scire iudex aliquibus ligantibus. Istud apparet, quia ordinatur ad declarandum propositum suum quod iudici est ignotum | ... iudex se ipso debet scire quae pars habeat iustitiam, et ad quam debet moueri, ut faciat iustitiam | sed cum passio inclinatur ipsum ad faciendum iustitiam, ergo ad hoc non ordinatur rhetorica, sed tantum ad exprimendum facti | § circumstantias aggrauantes et non aggrauantes differenter

²⁵ simpliciter; similiter P

²⁶ propositioni corr. ex passio P

²⁷ nouem] IX

²⁸ it is a question if the following text belongs to the former ?

tamen passionantes dicunt illas que non sunt ad propositum, ut | patet, si aliquis sit coram officiali, et dicat: "Domine, talis uerberabit in ecclesia ... sacerdotem", et addat: "cum e..at uester | nepos... ista condicionata addita ... est addita, quia non aggrauat. \$ Et dicit Aristoteles, quod hoc est facere ... si causam regulandum tortuosam scilicet iudicio passionatiuarum et totum istum processum facit in suo proemio...contra antiquos qui in sua rhetorica tunc hoc principaliter conabantur.

<5> Quinta ratio supponit unum quod potest esse tertia conclusio scilicet quod in ciuitatibus seu politis bene ordinatis omnia quantum est possibile sunt facienda legibus et quam pauciora commitenda iudicibus quod potest <***> tripliciter Primo sic quia leges conduntur ab...aliquo sapientissimis uel paucis secundum quod <h>abiles inueniuntur sed? iudices oportet necessario esse ualde multos et ideo facilius est inuenire paucos sapientes conditores quam plurimos atores.

Item. Leges conduntur ex consideratione multi temporis sed iudicia oportet non multum are immo cito ferre Alia et ultima causa est quia leges feruntur de futuris et uniuersalibus circa que legislatorem non contingit affici sed iudicia circa particulares personas et particulares actus circa que? ira amicitia lucrum et similia Et ideo propter talem passionem iudicis melius est hoc illo quia haec passio mala est Et ideo sequitur principalis conclusio quod non intenditur a retorica secundum se? est sed intenditur secundum intentionem Aristoteles non ut homo non ut animal sed ut utentem...quia non euitatur malum nisi prius cognitum Unde aduerte quod non omnia possunt lege determinari secundum intentionem Aristoteles ut ea que sunt de facto sed inquisitioni iudicis comituntur ut uidet et arguit sicut omnis latro puniendus iste est latro haec minor est de facto et istud committitur iudici ut inuestiget nec ad haec omnia alia possunt statui per leges propter uariationem et incertitudinem nostrum actuum

<6> Sexta ratio ad eandem conclusionem et supponit quod rhetorica non est solum aliquid circa iudicium siue circa negotium iudiciale sed circa?...siue conciliatum Supponit etiam quod circa istud magis principaliter et quod istud est nobilius quia minus indiget his que sunt extra rem idest sermonibus passionatiuis quia concilians non curat illum a quo contingit concilium magis inclinare ad unam partem quam ad aliam...tantum contingit ueritatem facti et ideo istud est magis per se sufficiens.

Item...quia unusquisque conciliator de sibi propriis et non intendit si audet sed iudicium iudicat quis de alicuius et ideo potest sibi aliquis acquirere.

Item est communius quia circa communia conciliamur de quibus non fertur iudicium

Item consulens consilit! aliqua de sibi conuenientibus Sed iudex...alicuius a se modo ordinata uarietas est Et tunc ex his hec...conclusio quod hoc negotium spectat principaliter ad hanc artem...uero minus principaliter Sed circa hoc uidelicet concilium non cadit sermo passionatiuus ergo sermo passionatiuus non est principaliter intentus Septimo ad idem Retorica est circa persuasionem rei de qua

agitur sed hoc est probari...et non sermo passionatius immo perturbat ergo sequitur propositum

<8> Octauo sicut dialectica se habet ad argumenta dialectica sic rhetorica ad argumenta persuasibilia hoc patet Uidetur enim quodam modo pars ipsius dialectice et hoc quodam modo et imperfecte quia est de enthimemate et exemplis et talibus imperfectis Sed logica est circa syllogismos principalius quam circa cautelas ideo etc

<9> Nono sicut se habet dialecticus et demonstrator ad ueritatem quam intendunt sic rhetor ad probabilem coniecturam sed prius intendit argumentationes quibus haec possunt inducere? Ueritatem

<1> Aliam conclusionem ponit Aristoteles in hoc prohemio quod rhetorica est utilis quia illud est utile quo possumus assequi uerum iustum sed rhetorica est huiusmodi Possumus enim ostendere quid iustum de causa proposita et posito quod iudex sit passionatus adeo possumus manifestare ueritatem ut audeat ferre iustum iudicium

<2> Secundo quia plurimi probabiles? cum non sint subtiliati perfectias demonstratiuas non caperunt perfectas rationes sed communia et iudicia et de istis considerat rhetorica ideo utilis.

<3> Tertio quia utilis est de agibilibus humanis ad utram partem arguere quia tunc est homo propinquus uerius et non ut pro utraque parte uel utramque partem agamus sed ut rationes partis sicut ad...quid non faciemus...sciamus et licet nulla pars quam est deest? sic magis persuasibilis quia uera licet non quoad nos quandoque conclusiones sunt ad probabilia et plusquam uera Modo in omni actu et occasione mundi uidelicet iustitiam et alia non...unde est magis probabilis alia

<4> Quarto quia multum uidetur inconueniens si non possumus...sermone...magis quam...cum hoc...et in illo non hac ad quam non per retoricam Sed uidetur aliquando...nam istum retorem...omnibus bonis humanis...utuntur sic apparet...quod sermo...passionans contingit uti bene altera istarum carum uel primo propter iudicem ad aliam partem inclinatum inclinatum ad modum et...alio modo dato quod sic non inclinans si pars opposita utatur...possumus...ut non inclinetur sed scire iniustitia alio modo inclinatum...pro utra parte ut...expediat seruile et uitiose si...modum scilicet quando inclinatum...ad unam partem et remotam a medio equitatis ita isti sermones non sunt...de retorica quia disponit...ut redeat ad...aut ut non redeat a medio et ita non principaliter considerantur...

| P 180v |

Quaeritur utrum pauca sint iudicantibus committenda.

Et uidetur quod non, immo plura, quia omnia, quae sunt de facto.

Item, ipse est supra legem, ergo est melior lege, quia iustum animatum melius

<est> iusto inanimato.

Oppositum ponit Aristoteles 3° Politice, ubi dicit quod oportet legem...et princi[...]. ubi lex non potest determinare propter hoc quod in principe? intellectus est...cum appetitu sed lex est intellectus sine appetitu et ideo dicit quod qui iubet legem dominari iubet deum? et qui hominem apponit bestiam. Sed notandum <est> quod committere dupliciter accipitur:

Uno modo large pro quocumque modo siue libere siue secundum dictamen legis. Alio modo secundum propriam libertatem et isto modo proprie committere.

Item nota quod aliqua sunt de iuris ut tales propositiones 'latro puniendus' et similia et haec ut in pluribus lege determinari? possunt ut sunt isti casus facto supposito quia illud leges non probant Aliqua sunt de facto? quia iuris uariis inuestigatur et de modo inuestigandi leges determinare possunt et possunt formari propositiones uniuersales lege determinabiles Sed propter...casuum accidententium et uarietatem humanorum actuum omnia non possunt determinari ab intellectu nostro sed que ut in pluribus accidunt Et ita patet ex hiis conclusiones ponende quod ualde multa de facto iudicibus committenda et hoc patet quia pauca lege possunt determinari et hoc ponunt? rationes prime Sed ut est possibile omnia deberent legi determinare ut apparet auctoritatibus Aristoteles adductis hic et supra ubi apparet quod licet iudex sit melior quoad naturam tamen potest multum deficere lex nec est...supra legem Aliquo modo sic quod possit immitescere?...cum uoluntate totius communitatis aut meliores eius par<ti>s Patet quia...est committere insipientibus politia a sapientibus determinari Sed ea que condi possunt lege possunt sapientibus determinari quia non est multum difficile in uno regno inuenire paucos sapientes et ea que committuntur iudi<ci>bus oportet quod committantur insipientibus cum non sit possibile inuenire tot sapientes quot sunt iudices.

Item quia iudices oportet...determinare non est bonum Pertinet? multum morari discordia/ discordantia sed legislatores multum possunt considerare...

Item iudices contingit...propter amicitiam aut damnum aut lucrum ut quandoque iustum iudeatur iniustum et econuerso Sed non est in legibus...et istud supra patuit.

Item in legenda ferenda multi? sunt...non est ita facile alterare? sicut uerum? in unius iudice Ad rationes Ad primam probat primam conclusionem uel preualendo?²⁹ contra secundam et similiter ad alias illis uisis est dicendum. Unde nota quoadmodum dicitur quod prince<p>s est supra unumquemque populi, et totus populus est supra eum Ita recipe? quidquid sit seruis magis...communitas eius Tota enim communitas secundum suam naturam? debet esse libera et ideo si ipse ad utilitatem...non propriam?...lit ferre legem Hoc potest facere conuocata multitudine/-tudo? subditorum aut melioribus illius? et tunc illis? se subiciunt et...et ita non contingit umquam subiectum...in legislatorem Sed plures approbans duos? quod non est iniuste ferendi ideo etc Dubium est utrum negotium concionale sit principaliter iudicali...Notandum <est> circa definitionem rhetorice que dicit quod est potentia considerandi unumquodque contingens persuasibile Conclusio ad primam partem quia uidetur quod non sit potentia sed potius habitus sciendum <est>

quod potentia est dupliciter quaedam est potentia...remota ab actu quaedam propinqua Et tunc <est> dicendum quod rhetorica...habitus potest esse talis potentia modo accipiendo primo modo potentiam erat uerum quod distinguebatur sed quantum melius uocatur potentia quam habitus propter duo que congruenter...respicit intellectum in quantum est trahibilis per appetitum et ita patet quid dicuntur.

Explicit hoc imperfectum.